

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Davidis Ruhnkenii Opuscula Varii Argumenti, Oratoria, Historica, Critica

Ruhnken, David

Lugduni Batavorum, 1823

Fragmentum epistolae ad F. A. Wolfium

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1677)

# FRAGMENTUM EPISTOLAE

AD VIRUM CLARISSIMUM

F. A. WOLFIIUM.

EX WOLFII EPISTOLIS AD HEYNIUM (\*).

**I**terum et accuratius nunc pervolventi mihi [Prolegomena Tua Homerica] accidit idem, quod illi apud Ciceronem Platonis Phaedonem legenti: *Dum lego, assentior; cum posui librum, omnis illa assensio elabitur.* Sed saepius repetitae lectionis Tibi mox rationem reddam, caet.

— 1795.

[(\*) Titulus libri Germanice scripti hic est: *Briefe an Herrn Hofrath Heyne von Professor Wolf. Eine Beilage zu den neuesten Untersuchungen über dem Homer. Berlin bei G. C. Nauk, 1797.* Fragmentum legitur p. 16. Quae autem fuerit Ruhnkenii de Homero ejusque Carminibus sententia, operae pretium est cognoscere ex Wytenbachii Vit. Ruhnk. p. 214: „Reditum,” inquit, „ad Literas ei attulit, brevem quidem, sed tamen reditum, munus inexpectatum Fred. Aug. Wolfii, Homeri editionem ei publice dedicantis. Hunc virum e scriptis ejus, postea epistolarum officio cognitum, unum in primis exterorum accuratae Literarum scientiae causa magni faciebat: ejusque Prolegomena Homerica, tum recens allata, singulari cum voluptate legit, etiam tibi ab

M m m

„ eo

„ eo dissentiret: velut in ea disputatione, quae magnam libri  
 „ partem complectitur, qua ostendere conatur, Homeri car-  
 „ mina, non ab uno, sed pluribus Poëtis, variis aetatibus  
 „ composita, non nisi rhapsodorum memoria cantuque ser-  
 „ vata, ignoto adhuc apud Graecos scribendi usu, Pisistra-  
 „ tidarum demum aetate scripto mandata esse. Hanc sibi  
 „ opinionem non probari aiebat Ruhnkenius: at vehementer  
 „ probari designatam egregie viam carminum Homericorum ad  
 „ criticam scripturae auctoritatem restituendorum. Et hac  
 „ lectione excitabatur ad colligenda, quae de eodem argu-  
 „ mento in adversariis sparsa habebat: sed, intervenientibus  
 „ mox aliis negotiis, a proposito destitit.”]

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

